



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Gula quantopere virginibus fugienda. Can. XVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

foris dealbatum, intus autem spurcitia plenum? Talis siquidem ornatus, neminem virtuosum, sed multos vitiosos reddit. Ergo o fidelis anima hanc fuge pompam & preciosorum ornamentorum curiositatem pro viribus, & sequere potius simplicitatem, modestiam, verecundiam, pudicitiam, & id genus virtutes, quæ virginittatis gloriam maximè adaugent, & te mihi cœlesti sponso tuo non parum commendabilem ac amabilem reddunt.

Gula quantopere virginibus fugienda.

CANON XVI.

Tertio, deuitabis omnem voracitatem ac gulam: quando nūquam poterit ad decorem pudicitie pertinere, nec virginittatis candorem seruare quisquis voracitati aut gulæ frena laxauerit, neque ardentem poterit concupiscentiæ stimulos inhibere, quisquis desideria gulæ arctare noluerit. Nam incommoda gulæ & peccata quæ ex ea originem trahunt, quis lingua exprimet?

Gulæ iacē-
moda quæ-
nam sūt.

Ipsam vimirum humani intellectus capacitatem transcendunt. Ne tamen ex ignorantia in aliqua horum incidas, breuitatis gratia quædam referam. Ipsa est fomes libidinis, radix criminum, turbatio capitis, subuersio sensus, linguæ tempestas, procella corporis, naufragium castitatis, infania volūtaria, ignominiosus lāguor, turpitudō morum, dedecus vitæ, honestatis infamia, animæ corruptela. Ipsa confundit naturam amittit gratiam, perdit gloriam, & incurrit damnationem æternam De quibus omnibus tam in nouo, quam in veteri Testamento habemus exempla. In nouo, de diuite epulone. In veteri de populo Israhelico. *Sedit enim populus manducare & bibere, & postea surrexerunt ludere.* Propterea per memetipsum rogo ac obsecro te dilecta sponsa mea, vt execreris pestiferum hoc peccati genus, nec immisceas te his, qui adeo facile huic succumbit vitio, ac si nulla inde imminerent pericula, sed sobrietatem, vt potest magnam virginittatis amicam, castitatisque custodem peruiilem sectare & amplexare, per quam haud dubie recta ad me perduceris, nec aberrare poteris, hac te dirigente & ducente.

Luci 14.

Exod 35
1. Cor. 10

Quia sobrietas est mentis & sensus, membrorumque omnium corporis protectio, castitatis tutela, pudicitie proxima, & orationis singulare præsidium. Et sicut humana mens per cibi & potus superfluum vsum hebetatur & deprimitur, ne ad arcem diuinæ contemplationis valeat conscendere, sic per sobrietatem & temperatiam eleuatur & rapitur ad contemplanda cœlestia, & despicienda hæc terrena caducaque omnia, per quæ misera caro fouetur sæpèq; contra spiritum inflammatur.

Sobrietatis
encomium
haud fallax.

Loquacitas quam sit virginibus exitialis.

CANON XVII.

Quarto, prohibeo tibi omnem loquacitatem, quæ minime decet virginem. Nam multi loquacitatis vitio obnoxij, maxima sibi ipsi damna inferunt, a hostibus sapenūmero in magnas secum pertrahunt perplexitates, multisq; incalculabilibus etiam inuoluntat atque implicat nodis & scrupulis: à qua si quis sibi cauere, & linguæ suæ frena iniiceret, non dubium quin à multis periculis animam

Aaaa

suam